INDEX APPENDICIS

Litaniæ

Pag.
Litaniæ de sanctissimo Nomine Jesu . . . . (1)
Litaniæ de sacratissimo Corde Jesu . . . . (3)
Litaniæ Lauretanæ B. Mariæ Virg. . . . . (4)
Litaniæ de S. Joseph . . . . (6)

Preces diversæ

Oratio S. Augustini edita jussu Urbani Papæ VIII . . . (7)
Oratio Clementis Papæ XI . . . . (8)
Piæ petitiones S. Augustini . . . . (9)
Oratio S. Thomæ Aqu. ad vitam sancte agendam . . . (9)
Oratio proposita a Leone XIII . . . . (10)
Oratio „Pietáte tua“ . . . . (11)
Oratio ad S. Joseph Ecclesiæ universalis Patronum . . (11)
Oratio S. Thomæ Aqu. ante studium . . . . (13)
Oratio ad S. Thomam Scholarum cathol. Patronum . . . (13)
Oratio S. Anselmi ante contionem . . . . (13)
Oratio Sacerdotis antequam Confessiones excipiat . . . (13)
Oratio Sacerdotis postquam Confessiones exceperit . . (13)
Oratio Sacerdotis ante et post ipsius Confessionem . . (14)
Oratio ad servandam vocationis gratiam . . . . . . (15)
Oratio ad servandam castitatem . . . . (15)
Oratio jaculatoria . . . . (15)
Formula consecrationis Ssmo Cordi Jesu a Clero recitanda (16)
Oratio S. Francisci Xaverii pro conversione infidelium . . (16)
Oratio ad impetrandam Africæ conversionem . . . . . (17)
Formula precandi pro aliis . . . . (17)
Oratio ad impetrandam bonam mortem . . . . (18)
Quinque Puncta ante vel post Communionem utilissime recitanda . . . . (18)
Oratio ante Sanctissimum Sacramentum . . . . . . (18)
Formula Absolutionis generalis pro Tertiariis sæcularibus (20)
In Benedictione augustissimi Sacramenti . . . . . . (21)

PROPRIUM OFFICIORUM

IN USUM

DIŒCESIS LINCIENSIS

A SACRORUM RITUUM CONGREGATIONE

APPROBATUM

JUXTA QUATUOR BREV. ROM. PARTES

IN QUATUOR FASCICULOS DIVISUM

PARS HIEMALIS

LINCII
IN CANCELLARIA EPISCOPALI
TYPIS FR. PUSTET, S. SEDIS APOST. ET S. R. C. TYPOGR., RATISBONÆ
MCMXIV

Approbatio

Concordat cum Originalibus.

Lincii, die 12 Junii 1914

(L. S.) ✠ Rudolphus

Imprimatur.

Ratisbonæ, die 15 Junii 1914

Dr. Scheglmann Vic. Gen.

PROPRIUM OFFICIORUM

IN USUM

DIŒCESIS LINCIENSIS

PARS HIEMALIS

Die 27 Novembris

Commemoratio

S. Virgilii

Episcopi et Confessoris

Ant. et ℣. de Communi Conf. Pont.

Oratio Da, quæsumus, de eodem Communi.

Die 8 Decembris

Conceptio immaculata B. M. V.

Titularis Eccl. Cathedr.

Duplex I cl. cum Oct. communi

Omnia ut in Breviario.

Die 19 Januarii

S. Severini Abbatis

(D. assign. ex 8 Januarii)

Duplex majus (m. t. v.)

Oratio

Intercéssio nos, quæsumus Dómine, beáti Severíni Abbátis commén-det: ut, quod nostris méritis non valémus, ejus patrocínio assequámur. Per Dóminum nostrum.

Et fit Com. præc., S. Pauli, Ss. Marii et Sociorum Martyrum ac S. Canuti Regis, Martyris.

In II Nocturno

Lectio iv

Severínus defúncto Attila ex Oriéntis pártibus véniens, in Nórici Ripénsis et Pannóniæ confínio monásticæ vitæ institútum sanctíssime cóluit. Sensit ejus opem tam in famis quam hóstium perículo Faviána cívitas, nunc Viénna Austriæ dicta: ubi erécto extra muros monastério frequens fuit. Nec ejus beneficiórum Passaviénses expértes fuére, apud quos, pósita ad Bóitrum trans Œnum cella, cum paucis mónachis aliquámdiu commorátus est. Dénique usque ádeo ejus apud Deum mérita, et oratiónum vis incláruit, ut multa eum óppida et civitátes afflíctis rebus súpplices invitárint, confísæ, ut re probátum est, ejus patrocínio ab inféstis hóstium incursiónibus et cládibus se tutas fore.

℟. Honéstum fecit illum Dóminus, et custodívit eum ab inimícis, et a seductóribus tutávit illum: * Et dedit illi claritátem ætérnam. ℣. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas, et osténdit illi regnum Dei. Et dedit.

Lectio v

Multa Deo reveláte occúlta cognóvit, multa prophético spíritu futúra prædíxit, ac impendéntia mala pœniténtiæ ac pietátis opéribus avértere, exémplo et verbis dócuit; multis dénique ad illum confugiéntibus ægritúdinum étiam desperatárum sanitátem a Deo impetrávit. Corpus assíduis jejúniis in servitútem rédigens, nullis étiam frigidíssima híeme calceaméntis, nec álio strato, quam cilícino supra paviméntum utebátur, hábitu, quem gestábat, numquam depósito. Admirábilem hanc vitæ ratiónem ánimi demíssio præsértim commendábat, dum se súaque despíciens, aliórum preces étiam cum lácrimis expetébat. Precatióni rerúmque divinárum contemplatióni impénse déditus, ut libérius Deo vacáret, hóminum frequéntiam sæpe fúgiens, semóta loca petívit: unde tamen divínitus ad aliórum utilitátem, quorum mira caritáte flagrábat, evocabátur. Sed ut oblátum epíscopi munus suscíperet, nullis précibus addúci pótuit.

℟. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum: stolam glóriæ índuit eum, * Et ad portas paradísi coronávit eum. ℣. Induit eum Dóminus lorícam fídei, et ornávit eum. Et ad portas.

Lectio vi

Dénique óbitus sui diem longe ante præsciens, cum tríduo láteris dolóre laboráret, nocte convocátis ad ósculum frátribus, eósdem ad humilitátis, puritátis, omnísque sanctitátis stúdium adhortátus, Sacraménto Communiónis accépto, crucis signo exténsa manu se múniens, cum Psalmus, Laudáte Dóminum in sanctis ejus, quem ipse inchoáverat, canerétur, sub illo versículo, Omnis spíritus laudet Dóminum, sexto Idus Januárii spíritum Deo réddidit. Sexénnio post, Románis, quod Severínus futúrum prædíxerat, in Itáliam migrántibus, beáti viri corpus, ut vivens monúerat, discípuli asportatúri, effósso sepúlcro, quod admirábilem odóris suavitátem exhalábat, illud plane íntegrum invenére. Quod comitántibus miráculis in Itáliam delátum, atque in Lucculáno honorífice primo cónditum, deínde Neápolim translátum est.

℟. Iste homo perfécit ómnia, quæ locútus est ei Deus, et dixit ad eum: Ingrédere in réquiem meam: * Quia te vidi justum coram me ex ómnibus géntibus. ℣. Iste est qui contémpsit vitam mundi, et pervénit ad cæléstia regna. Quia. Glória Patri. Quia.

In III Nocturno Homilia in Evang. Ecce nos relíquimus, de Communi Abbatum 1 loco.

IX Lectio de Ss. Mario et Sociis.

Index alphabeticus

pag.

Mariæ B. Virg. Conceptio immaculata, Titularis Ecclesiæ Cathedralis, duplex I classis cum Oct. communi. 8 Dec. 3*
Severini Abbatis, dupl. maj. 19 Jan. 3*
Virgilii Ep. et Conf. Commemoratio. 27 Nov. 3*